

quām nimis sollicito tuendæ meæ innocētiae stu-  
dio mouere aliquas turbas. Neque verò nunc  
ad scribendum fuisse inductus, si tantum cum  
improbis & prauis illis hominibus mihi nego-  
tium foret, qui præsentem antehac furiose per-  
secuti, nūc absentem indignis calumnijs lace-  
rant: sed habēda piorū hominum ratio, quibus  
ego facile ignosco, quòd sinistrè de me iudica-  
uerint, modo iustum satisfactionem placidis a-  
nimis & æquis auribus nunc admittant.

Principio, hoc de animi mei sensu præfari co-  
gor, quoties memoria repeto, quale mibi annis  
circiter uiginti cū Sorbona bellū fuerit, nō pos-  
sum satis mirari quomodo caduco homuncioni  
robur suffecerit. Quoties autē liberationis meæ  
recordor, vox illa, qua celebratur in Psalmo  
redēptio Ecclesiæ Dei, in corde meo personat,  
psal. 126.a.1. Quum reduceret Dominus captiuitatem Sion,  
fuimus tanquam somniantes. Venit in mentem  
& illud de Petri ereptione è manibus Herodis  
scriptum à Luca, Et exiens è carcere, sequeba-  
tur angelum: & nesciebat quod fiebat per an-  
gelum, sed putabat se visum videre. Tandē ve-  
ro ad me reuersus, cū Petro dico, Iam scio ve-

A&t. 12.b.9.